fuerit ad Solvendum succumbentis. Pro quibus quidem damnis
Terrestribus Simpliciter taxatis modo praemisso ad Solvendum suc
cubitis ac pro re aliqua principali, ex Contentis Interius praefa
ta non Completa Complenda Citata existens memorata Pars Una
praemissa non teneat, sive eius posteri ad instantiam Partis alte
rius praemissa tenentis et complentis, vel illius Successorum ad Offi
cium praesens Castrense Capitaneale Premisliense sive etiam Castrense
Capitaneale Sanocense, ad quod prius ex ipsis Citabitur extunc re
cedendo Seprasiso quo ad respondendum Spectat mediante Semper
in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, Stare Iuri,
parere ~~venerere Damna terrestria~~ fata Luere Inscriptioni huic Satis
facere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seque
Suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus,
illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde Con
sequentes Causae eiusdem Terminos, Semper peremptorios, Vera in-
firmitate pro maiori minorennitate Successorum Legatione in
tra vel extra Regnum Servitio Militari ad Munimenta ad
Quietationem, vel alijs quibusvis dilationibus, et Legalibus im-
pedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea ultra
proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis sive
etiam Castrensis Capitanealis Sanocensis Terminos dilationem
sibi non recipiendo nullasque Motiones, Appellationes ac earum
prosecutiones faciendo ac praemissa omnia Iuribus Simpli
cibus vel triplicatis Evasioni suspensioni fatalijs Iuris
protectione Terrestri bello, Conventioneque ac alijs omnibus Iuris
remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo aliquo
vis evadendo. Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemis
sa omnia mediante.

Humnicki a Prottone certa recedit.

2512

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Generosus Joannes de Hunnisko Hunnicki sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Jurisdictionibus Juribusque Suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesentibus vero Castren Capitan Premyslien Jurisdictioni quoad Actum hunc

3418 attinet Secum Successoribus, bonisque Suis quatuor omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse a protestatione certa Se Recognoscentem Coram Actis Castren Capitan Sanocen Feria Sexta pridie Festi Sancti Michaelis Archangeli Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo octavo, Contra divisionem bonorum Villarum Leszczowa Superioris et inferioris atque Lodzinka post mortem et de hac Luce decessum Generosi olim Joannis de supradicta Hunnisko Hunnicki Subdapiferi Sanocen Sui Recognoscentis Parentis hereditarum inter Se Recognoscentem atque Generosos Hijacinthum Subdapiferum Sanocen et Adamum atque Josephum de praefata Hunnisko Hunnickie fratres inter Se germanos confectam et Actis officij praesentis roboratam recedit et perpetuo derigat, atque eandem Protestationem factam in omnibus illius Conditionibus in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat praesentibus, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Strus Pocillator Vielun & Winnicki Roborant

3419 Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premyslien Generosi Michael Paulus a Stra Sylstrus Pocillator Vielunen ab Una, et Stephanus Winnicki parte ab altera. Sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus, Jurisdictionibusque Suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo, praesenti vero Castren Capitan Premyslien Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet Secum Successoribus bonisque Suis quatuor omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere,